



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Origo Conciliorum generalium. Qvo Tempore Concilia Celebrari Ceperunt &  
de quatuor Concilijs

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

INDEX ALPHABETICVS

Vidue maritus admitti non debet ad clerum, fo. 168 M  
 Viduam furans in uxorem, anathema est, fo. 283. L  
 Virgines sacre parentibus orbate in monasterio uirginū de- B  
 bent commendari, fo. 79, pag. 2. B  
 Virgines sacre quando sint uelande, fo. 233. M  
 Virginitate egeſ, cōiugatos nō debet uituperare, fo. 63 K  
 Virginitū deo dedicatū que fidem uiolarū pena, fo. 99 N  
 Virgines nō uelentur, niſi quadragenarię, fo. 102 Q  
 Virginitū que uiolatoris in maritos accipitū pena, fo. 99 P  
 Virginitas ſic laudanda, qđ non dānetur matrimoniu, fo. 63 I  
 Virginē rapiens, niſi deſpōſauerit, excōmunicetur, fo. 283 M  
 Virgo deo dedicata, matrimoniu cōtrahere nō poteſt, fo. 73 Q  
 Virgibus ſacris ſe immiſcentiu pena, fo. 234. E  
 Virgines tanq̄ ſorores cum uitis nō ſunt permittēte, fo. 61. V  
 Vnctio ſacri olei quibus, & a quibus debet tradi, fo. 171 D  
 Vſura omni Chriſtiano eſt illicita, fo. 213 D  
 Vxorem fidei coniugalis uiolaticum auctoritas citra necem

PRIMI TOMI CONCILIORVM

penes maritum conſiſtit, fo. 104. M  
 Vxore nō ualere reddere debitu uiro licet aliā accipere, 287 C  
 Vxor uiro non eſt dimittenda, fo. 136 D  
 Vxore uiuente non poteſt alia duci, fo. 174. B  
 Vxor ab epiſcopo, Vel preſbytero non eſt repellenda. 2. cap. 6 M  
 Vxores ducere, qui clerici, poſſunt, fo. 2. cap. 27 K  
 Vxor diſſerta concubina, fo. 220 D  
 Vxor e propria progenia cognatiōe nō eſt accipienda, 283. K  
 Vxor ſuę ſororē ducēs i uxore q̄ pena debeat plecti, fo. 100. G  
 Vxor marito qualiter copulanda eſt, fo. 18. G (pag. 2. L  
 Vxorē laicus dimittens, cōmuniōe priuandus, fo. 3. cap. 48. F  
 Vxorem fratris ducere non licet in uxorem, fo. 283 F  
 Ozimi papę epiſtola ad epiſcopum Salonitanum de ordinandis monachis, uel laicis, fo. 182. C  
 Zozimi papę monitiu ad clerū Rauennē. ibidē. F  
 Zacharię papę epiſtola ad diuerſos, fo. 290 B  
 ¶ Finis Indicis materiarum primi Tomi conciliorum.

Origo Conciliorum generalium.

¶ QVO TEMPORE CONCILIA CELEBRARI CEPE-  
 runt & de quatuor Concilijs



ANONES generalū Conciliorū a tēporibus Constantini ceperunt, in precedentibus nāq̄ annis perſecutione ſeuiente docendarū plebiū minime dabatur facultas, Deinde Chriſtianitas in diuerſas hereſes ſciſſa eſt, quia non erat licētia epiſcopis in vnū conuenire niſi tempore ſupradicti imperatoris. Ipſe enim dedit facultatē Chriſtianiſ libere congregari, Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarū conuenientes iuxta fidē euan- gelicā, & apoſtolicā ſecundū poſt apoſtolos ſymbolū tradiderunt. Quatuor autē principalia eſſe concilia ex quibus pleniffimā fidei doctrinā tenent ec- cleſię tā de patris & filij, & ſpiritus ſcti diuinitate, quā pdicti filij, & ſaluatoris noſtri incarnatione.

¶ Prior harū Niceni ſynodus eſt trecentorū decē & octo epiſcoporū ſub Conſtantino Auguſtino imperante peracta in q̄ Arriane perſidie blaſphemia cōdēnata, qua in equalitatē ſctę trinitatis idē Arrius aſſerebat, cōſubſtantialē deo p̄ri dei filiū eadē ſctā ſynodus per ſymbolū definiuit. ¶ Secūda ſynodus eſt centū quiquaginta patrū ſub Teodoſio ſeniore Cōſtantinopoli cōgregata, q̄ Macedoniū ſpiritū ſanctū deū eſſe negantē condēnans cōſubſtantialē patri & filio eundē paraclitū demōſtrauit, dans latius ſymboli formā, quā tota grecia, & latinitas in eccleſijs predicat. ¶ Tertia ſynodus eſt Ephēſina prima ducētorū epiſcoporū ſub iuniorē Theodoſio Auguſtino edita q̄ Neſtoriu duas perſonas in chriſto aſſerentē iuſto anathemate cōdēnauit, oſtendēs in anere in duabus naturis vnā dñi noſtri Ieſu chriſti perſonā. ¶ Quarta ſynodus eſt Calcedonēſis ſexcētorū triginta ſacerdotum ſub Martiano principe habita, in qua Eutiēc Cōſtantinopolitanū abbatē uerbi dñi & carnis vnā naturā pronūciantē, & eius deſenſorē Dioſcorū quōdā alexandrinū ep̄m, & ipſum Neſtoriu cū relijs here- ticis vna patrū ſentētia pdānauit, predicās eadē ſynodus chriſtū dñm ſic natū de ȳgine, vt in eo ſub- ſtantia, & diuine & humane cōſiteamur nature, He ſunt (vt pdiximus) quatuor principales, & vene- rables ſynodi fidē catholicā cōplectētes, Sed & ſi qua ſint cōcilia, q̄ ſcti patres ſpū dei pleni ſanxerūt Poſt iſtorum quatuor auctoritatem omni manēt ſtabilita vigore. Quorum etiam geſta in hoc cor- pore condita continentur.

¶ ITEM DE SYNODIS PRINCIPALIBVS QVIBVS IN LOCIS,  
 quibus pro cauſis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebrate ſint.

PRima ſynodus in Nicea trecentorū decē & octo patrū cōtra Arriū, Alexandrinū preſbyterū, q̄ tres gradus i trinitate aſſerebat, patrē ſcilicet maiorē, filiū minorē, ſpūm ſctm creaturā, tēpoſibus Cōſtantini principis, Silueſtri papę Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri Conſtantino- politani, qui cōdēnata hereſi ſtatuerūt canones viginti. Quorū autor maxime preſatus ſctus Alex- ander ep̄s fuit. ¶ Secūda in Conſtantinopoli centū quinquaginta patrū cōtra Macedoniū Con- ſtantinopolitanū epiſcopū qui negabat ſpiritū ſanctū deū eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principū, Damasi papę Romani, Cyrilli Hieroſolimitani, Neſtarij Conſtantinopolitanū, qui cōdē- nata here-

nata heresi statuerunt canones tres. Quorum maxime auctor Nestorius Constantinopolitanus fuit  
¶ Tertia in Epheso ducentorum patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam virginem Mariam non dei, sed hominis tantummodo genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret diuinitatis, temporibus Theodosij magni principis, Celestini pape Romani, Iuuenalis Constantinopolitani Cyrilli Alexandrini. Qui duodecim capitula contra Nestorium blasphemiarum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt. ¶ Quarta in Calcedone sexcentorum triginta patrum, contra Euticum Constantinopolitanum abbatem qui assererat christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed sola in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis pape Romani, Iuuenalis hierosolymitani, Anatholij Constantinopolitani, Qui condennata heresi statuerunt canones viginti septem. Quorum auctor maxime idem sanctus Anatholius Constantinopolitanus episcopus fuit. ¶ Quinta Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hereticos, qui Theodorus dicebat alium deum esse verbum, & alium Christum, & sanctam virginem Mariam negabat dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilij pape, domini Antiocheni, Euticij Constantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli, centum quinquaginta patrum contra Macharium Antiochenum episcopum & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in christo falsa suspitione ascribebant, temporibus Constantinij principis, Agathonis pape Romani, Georgij Constantinopolitani, Qui condennata heresi anathematizando scripserunt octa capitula,

Nestorius

Euticus

¶ Item annotatio synodorum quarum gesta in hoc codice continentur.

¶ Prima annotatio Aquitane synodi, qui ante Nicenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem postponitur, in qua patres, 18. statuerunt canones viginti quatuor. Quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocesariensis que post Aquitanam & Nicenam legitur fuisse, in qua patres, 16. statuerunt canones, 14. Quorum auctor maxime Vitalis salaminus extitit. ¶ Tertia Gagrensis, que post Nicenam legitur fuisse, in qua pres. 16. statuerunt canones. 21. propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustachium, qui dicebat quod nullus in coniugali ordine possit, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret, que possideret, spem apud dominum haberet, & multa alia venenosa, que enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua patres, 40. statuerunt canones. 21. Quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & sancte Romane ecclesie legatus extiterunt. ¶ Quinta Antiochena in qua patres, 30. statuerunt, canones, 25. Quatuor auctor maxime Eusebius Palestinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis in qua pres. 22. statuerunt, canones, 49. Quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima Carthaginensis, in qua patres, 217. statuerunt, canones, 33. Quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hipponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse temporibus Honorij Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua patres. 214. recitauerunt & firmauerunt canones, 105. qui per diuersa concilia Africane prouincie, temporibus Aurelij Carthaginensis episcopi legitur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua patres statuerunt canones. &c. Quorum auctores maxime Siluester urbis Rome episcopus, & sanctus Marinus Arelatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini augusti, sicut quidem asserunt. ¶ Decima inter Arelatensis, in qua pres. 19. statuerunt canones Quorum auctor maxime sanctus Cesarius arelatensis episcopus extitit. ¶ Undecima inter Arelatensis, in qua patres, 16. statuerunt canones. ¶ Duodecima inter Arelatensis in vico Ortinsico in qua patres undecim statuerunt canones Quorum maxime auctor sanctus Cesarius arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima inter Arelatensis in qua patres, 19. statuerunt canones. Quorum auctor maxime Sappardus Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua patres, 16. statuerunt canones Quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua patres, 34. statuerunt canones Quorum auctor maxime Cesarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima Aurelianensis, in qua patres, 72. statuerunt canones. Quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus extitit temporibus Clodouie regis. ¶ Octauadecima inter Aurelianensis, in qua patres, 31. statuerunt canones, Quorum auctor maxime Melanius Redensis episcopus extitit. ¶ Nonadecima inter Aurelianensis, in qua patres, 23. statuerunt canones. Quorum auctor maxime sanctus Albinus Andegauensis episcopus extitit.

**Incipit Epistola Aurelij Carthaginensis episcopi ad Damasum Papam.**